

Affectus, arctam inter se cognationem qui habent, s^{ap}èque conjunguntur ac communicant, sunt: uti id Marcell: *Donat. Histor. med. admirab. l. 4. c. 8.* exponit. Quorum prior amplioribus continetur terminis, latiusq; se diffundit, multorumque affectuumque causas suppeditat, variisque symptomatibus stipatus prodit, mutabilemq; in omnes horas ostendit faciem, ac præsenti nostro plerumque fomitem suggerit. Alter verò specialior est, ac strictioribus aliquanto coercetur finibus. Dum nimirum humor melancholicus; vel solus, vel ut plurimum cum aliis mixtus, in hypochondriis collectus: flatus vapores ac fumos, sibi congeneres, ac tetros, tenebricososque, ad cerebrum rationis arcem mittit, spiritusque, primarium functionum principum organum ac instrumentum, inquinat, eosque obscurat, ac tristitiam & mœrorem, cum imaginationis depravatione, rationisque labo, inducit.

APHOR. III.

Definiri potest.

Delirium non continuum, cum mœrore & tristitia conjunctum, à vapore melancholici humoris præter naturam in hypochondriis cumulati, & peculiariter dispositi, in cerebrum elevato, spiritusq; inquinante ac melancholicum phantasma generante, ortum habens.

χόλιον.

Nominis declarationem meritò rei ipsius excipit exppositio. Cujusque rei essentia vero ac natura, quidque ea sit, ex definitione maximè cum pateat ac perspiciatur; genuinum nos tenere ordinem videbimus; si præmissæ vocis deductioni, hanc subjiciamus; ejusque membra singula, quâ se in sequuntur serie lustraverimus ac ad rectæ rationis incudem revocayerimus, experientiâque confirmata dedirimus. Initium itaque à genere ejus sumamus.

APHOR. IV.

*Genus
proxim.*

Genus delirium, seu mentis alienatio ac errore est.

χόλιον.

Hominis mentem à Deo iudicam, eumque à summo rerum Conditi-